(137)

DEPOZIT SERV. ARHIVELOR STATULUI

Nos Christophorus Bathorj de Somlyo Vaivoda Transsilvanus et Siculorum Comes etc. Memoriae commendamus
tenore praesentium significantes quibus expedit universis, Quod Nobilis Matthaeus Chyzzij de eadem
Chyzz, pro Generosa domina Magdalena Gerosffy Consorte sua ab una, ac Joannes Bochiandj de Magyar
gald in sua, ac Dominae Sarae Chabaij Coniugis suae virtute procuratoria partibus ab alia, Nostram
personaliter venientes in praesentiam, sponte et libere ac vivae vocis ipsorum oraculo sunt confessi pariterque
retulerunt in hunc modum, Quomodo ipsi pari voluntate et consensu causam illam quae inter praefatam
Dominam Magdalenam Gerosffy ut actricem ab una, ac dictum Joannem Bochiandj et Dominam
Saram Chabaij consortem suam veluti incamattos partibus ab altera, Ratione cuiusdam scissionis
Nobilitaris destructi, ac portionis cuiusdam horti vel pomarij in praedicta possessione Magyargald in Comitatu
Albensi Transsilvaniae existentis habitarum quedam causa in Curia nostra mota fuisset et suscitata,
tamen eadem partes certis utilibus et rationabilibus de causis et respectibus, potissimum vero pro forma
fiendae pacis et concordiae, ad festum Sacratissimi Paschatis domini nunc proxime venturum distulissent
et prorogassent praemissam causam tali conditione mediante, ut si ijdem incamatti cum praefata actrice
usque praescriptum festum Paschatis domini, cum praemissae causae quoquomodo convenire aut concordare
non possent aut non vellent, extunc causa ipsa iterum in [illegible] tunc proxime affuturis coram
nobis in eodem statu in qua nunc existit, et derelicta est inchoari et resuscitari possit et valeat, Imo
distulerunt et prorogarunt nostri in praesentia praemissa conditione interiecta, harum nostrarum vigore
et testimonio litterarum mediante. Datum Albae Juliae feria sexta proxima post Dominicam
Laetare, Anno domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo.

Lecta

26.,

1580.

Prorogatione de
Cote Joan Rorsime